

**Séquence 2. Regards sur l'Autre et sur l'Ailleurs. Ethnologie et géographie à Rome.
Séance 2. Tacite, *La Germanie, De origine et situ Germanorum*, 22-23.**

Texte

Tacite décrit les mœurs des Germains.

5 Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt,
lavantur, saepius calida, ut apud quos plurimum hiems
occupat. Lauti cibum capiunt ; separatae singulis sedes et sua
cuique mensa. Tum ad negotia nec minus saepe ad convivia
procedunt armati. Diem noctemque continuare potando nulli
10 probrum. Crebrae, ut inter vinolentos, rixae raro conviciis,
saepius caede et vulneribus transiguntur. Sed et de
reconciliandis invicem inimicis et jungendis adfinitatibus et
adsciscendis principibus, de pace denique ac bello plerumque
in conviviis consultant, tamquam nullo magis tempore aut ad
simplices cogitationes pateat animus aut ad magnas incalescat.
Gens non astuta nec callida aperit adhuc secreta pectoris
15 licentia joci; ergo detecta et nuda omnium mens. Postera die
retractatur, et salva utriusque temporis ratio est: deliberant,
dum fingere nesciunt, constituunt, dum errare non possunt.

20 Potui umor ex hordeo aut frumento, in quandam¹
similitudinem vini corruptus; proximi ripae² et vinum
mercantur. Cibi simplices, agrestia poma, recens fera aut lac
concretum; sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem.
Adversus sitim non eadem temperantia : si indulseris ebrietati
suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis
quam armis vincuntur.

¹ = quamdam.

² Du Rhin, fleuve qui sépare la Germanie de l'Empire.

25 **Texte aéré**

Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur, saepius calida, ut
apud quos plurimum hiems occupat. Lauti cibum capiunt; separatae singulis sedes et
sua cuique mensa. Tum ad negotia nec minus saepe ad convivia procedunt armati.
Diem noctemque continuare potando nulli probrum. Crebrae, ut inter vinolentos, rixae
5 raro conviciis, saepius caede et vulneribus transiguntur. Sed et de reconciliandis
invicem inimicis et jungendis adfinitatibus et adsciscendis principibus, de pace denique
ac bello plerumque in conviviis consultant, tamquam nullo magis tempore aut ad
simplices cogitationes pateat animus aut ad magnas incalescat. Gens non astuta nec
callida aperit adhuc secreta pectoris licentia joci; ergo detecta et nuda omnium mens.
10 Postera die retractatur, et salva utriusque temporis ratio est: deliberant, dum fingere
nesciunt, constituunt, dum errare non possunt.

Potui umor ex hordeo aut frumento, in quamdam³ similitudinem vini corruptus;
proximi ripae⁴ et vinum mercantur. Cibi simplices, agrestia poma, recens fera aut lac
concretum; sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. Adversus sitim non
15 eadem temperantia; si indulseris ebrietati suggerendo quantum concupiscunt, haud
minus facile vitiis quam armis vincentur.

³ = quamdam.

⁴ du Rhin, fleuve qui sépare la Germanie de l'Empire.